1497 Padua

IN christi noie amen: Anno eiusdem nativitatis millesimo quadringentesimo
nonagesimo septimo indictione quintadecima die marcii vigesimo
secundo mensis febr: pad in com palatio iur ad banchum
leopardi: Presentibus ven dno presbytero Luca q. georgij de
mirano Cappellano hospitalis Lazareti: et bernardino de
bragantio q. s. iachini de hta sancti leonardi intus: philipo de ...
filio ... de hta Caudelonge et bapta q. ser Joseph cerdonis
de hta sancti georgij: et s. fantino de gmitib q. s. Jo. petri de
contrata sancte marie servorum testibus ad hec habitis
et rogatis: Dona Dorothea q. s. antonij mella et relicta
q. s. Joannis andree marescalchi habitatrix sup burgo omnium
sanctorum Dedit et donavit pure mere et simpliciter
inter vivos que donatio revocari non possit aliqua ingratitu-
dine vel offensa magna vel parva vel ob hoc quod foret invesa.
Done pasque filie q. Antonij andree zaneti et ux. francisci
faldini portitoris a vino habitantis in contrata omnium sanctorum
ibi presenti pro se et suis heredibus recipienti unam domum
partim de muro et partim de lignamine Cum curte et
orto positam sup burgo omnium sanctorum Cui coheret a parte
ante via comunis ab una s. franc. de sancto firmo
ab alia Laurentius q. petri mella et a parte post quirdam
via parva et forte alie sunt coherentie veriores: Ad
habendum tenendum et possidendum et quicquid dicte done pasque
et suis heredibus de inceps placuerit perpetuo faciendum
Cum omnibus que infra predictos continentur confines vel
alios si qui forent Cum accessibus et egressibus suis usque in viam
publicam et Cum omnibus et singulis que dicta domus
habet sup se infra seu intra se in integrum omnique iure et
actione usu seu requisitione ipsi domo modo aliquo
spectante et pertinente Constituens se precario nomine
dicte done pasque possidere dictam domum donec ipsa eius de
possessionem acceperit Corporalem quam accipiendi sua
auctoritate et retinendi ei licentiam Contulit Promittens per
se et suos heredes dicte done pasque presenti pro se et suis
heredibus stipulanti litem questionem nec controversiam de dicta
domo ei et suis heredibus ullo unquam tempore non inferre
nec inferenti Consentire sed ipsam et suos heredes in
in proprietate et in possessione ab omni persona comuni
collegio et universitate legiptime defendere aucto-
rizare et disbrigare et presentem donationem et omnia
suprascripta perpetuo habere firma et rata in aliquo non
contrafacere per se aut alios aliqua ratione vel causa
de iure vel de facto Sub obligatione omnium suorum
bonorum mobilium et inmobilium presentium et futurorum:
Reservans ipsa usque quo vixerit usumfructum eius
domus /:

Ego Vincentius alignamine quon. s. Christophori civis
et habitator padue in quarterio Contenario et contra
domi publicus imperiali auctoritate notarius et
iudex ordinarius premissis omnibus interfui et roga-
tus scripsi ac aliis occupatus manu aliena in hanc
publicam formam redigi feci: et meo subscripsi signo
nomine meis appositis /